



Index Dissertationum
et Programmatum
hujus Volum:

1. D. Abrahami Calovii Programma invitatorium ad audientias Dissertationes in Epist: Pauli ad Rom: habitas. Witt: 1673.
2. M. Samuelis Benedicti Carpzovii Dissert: in Matthaei Caput XVII & XVIII. Witt: 1670.
3. M. Michaelis Bohms Diss: in Evangelio: St. Marci. Witt: 1670.
4. Joh: Mülleri Dissert: in Evangelio: St. Lucae. Witt: 1670. Cap: I. II. III.
5. Casp: Petri Hülfemannii Dissp: in Lucae Cap: IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. Witt: 1671.
6. M. Christiani Wolfii Dissp: in Lucae Cap: XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. et XXI. Witt: 1670.
7. M. Joh: Friedr: Schultzei Dissp: ad St. Lucae Cap: XXII. XXIII. et XXIV. Witt: 1670.
8. Joh: Schindleri Dissert: ad Evangelium St: Johannis Caput I. II. III. Witt: 1671.
9. M. Dieterici Lüders Disput: ad Joh: Evangelium Cap: IV. V. VI. VII. VIII. & IX. Witt: 1672.
10. M. Salsmonis Stepneri Dissert: in Joh: Cap: X. XI. XII. et XIII. Witt: 1672.
11. M. Joh: Dieckmanni Dissp: in St: Joh: Cap: XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. et XIX. Witt: 1672.
12. Daniel Nietingii Dissert: De gloriosa Christi a mortuis resurrectione s. ad Johannis Cap: XX et XXI. Witt: 1674.
13. Joh: Acoluthi Dissertat: ad Div: Pauli ad Rom: Epistolam. Witt: 1669.
14. Martini Lithenii Dissp: de Justificatione e Rom: III & IV. Cap: Witt: 1672.
15. Elenchus Hugonis Grotii in Cap: IV. Rom: v. 14. §. Disputationi publicae expositus respondente M. Joh: Jakno. Witt: 1672.
16. M. Christoph Wagneri Dissert: in Epist: ad Rom: Cap: V. Witt: 1672.
17. M. Joh: Pauli Deroldi Disput: in Epistola ad Rom: Cap: VI. Witt: 1672.


I. N. 7.

DIVINA S. PAULI RO-
 MANÆ ECCLESIAE IN-
 SCRIPTA EPISTOLA,
 SENSUI APOSTOLICO RESTITUTA,
 ADVERSUS MULTIVARIAS CORRUPTE-
 LAS, ET IMPRIMIS, QVAS
 H. GROTIUS,
 SUMMUS SCRIPTURAM S. DE-
 TORQVENDI ARTIFEX,
 AUREO HUIC COMPENDIO
 THEOLOGICO,
 IN ANNOTATIS SUIS
 NON VERITUS EST INDUCERE,
 AD MAJOREM DEI GLORIAM,
 ET VERITATIS EVANGELICÆ AD-
 SERTIONEM,
 IN ELECTORALI VVITTEBERGENSI
 PUBLICÈ PROPOSITA

D. ABRAHAM CALOVIO, PROF. PRI-
 MARIO, CIRCULI ELECTOR. SUPERIN-
 TEND. GENERALI.



WITTEBERGÆ,
 Literis MICH. MEYERIANIS relictæ Viduæ,
 ANNO M. DC. LXXIII.



V I R O
MAGNIFICO, NOBILISSIMO,
EXCELLENTISSIMO,
DN. AUGUSTINO
SERVATORIS /
JUCTU, COMITI PALATINO CÆ-
SAREO, SERENISSIMI SAXONIAE
ELECTORIS CONSILIARIO INTIMO,
AD COMITIA IMPERII LEGATO,
EMINENTISSIMIS MERITIS ILLUSTRI.

DNO, ET PATRONO SUO, NON
E MULTIS, AFFINI ET COMPA-
TRI ETATEM SUSPICIENDO.



NEC

NEC NON
V I R O

SUMME REVERENDO, MAGNIFICO,
EXCELLENTISSIMO,

DN. MARTINO
GEIERO,

DOCTORI THEOLOGO SUMMO,
DEQVE UNIVERSA CHRISTI ECCLE-
SIA PRÆCLARE MERITO,

SERENISSIMO SAXONIÆ ELECTORI
A CONSILIIS ECCLESIASTICIS, CON-
FESSIONIBUS PRIVATIS, ET CONCIONIBUS
AULICIS PRIMARIIS,

DNO PATRONO, AFFINI, COMPATRI,
ET FRATRI IN CHRISTO CONJUNCTISSIMO,
MAXIME QVE HONORANDO

GRATIAM, PACEM PERENNEM SPIRITVS CON-
SILII ADSISTENTIAM, ET FELICITATEM
OMNIGENAM

IN DOMINO JESV
TOTO PECTORE PRECATUR

ABRAHAM CALOVIUS, D.

10(2

VIRI



VIRI SUMMI,
PATRONI OPTIMI,



Vi primoribus labris Anno.
tata HUGONIS GROTH in universam Scri-
pturam degustant, maximoperè afficiun-
tur eruditione multivariâ, elegantia sin-
gulari, conformitate insigni, & structurâ operis augu-
stâ. Neq; laudem istam temerè derogârim operi ex-
asciato VIRI MAGNI, à cujus ingenio stupendo non
nisi stupenda proficisci potuère: modò præcipuas in-
terpretationis leges non neglexisset. E quibus qua-
tuor solum in præsentî commemorare lubet: Pri-
mam *S. Irenæus* Lugdunensis Episcopus, libro II ad-
versus hæreses cap. XLVI. iuggerit: *Is sensus sanus, &*
sine periculo, qui apertè, & sine ambiguo ipsis dictionibus
in Scripturis ponitur. Alteram ejusdem Patris vetu-
stissimi verbis itidem exhibemus è libro IV, c. LXIII.
Legitima & sine periculo est expositio Scripturæ secundum
ipsas Scripturas. Tertia eruitur è crisi *S. Hilarii* Picta-
vorum

vorum Episcopi libro I. de Trinitate: *Optimus lector est, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius, quam importet, & retulerit magis, quam attulerit, nec cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem presumerit intelligendum.* Quartam denique sufficit Johannis Constantinopolitani Archi-Episcopi ab aureo Eloquentiæ flumine *Chrysofomi* nomen promeriti monitum verè aureum in Psalm. II. *Ut absq; fundamento imbecillis est edificatio, ita nisi invento scopo Scriptura est inutilis.*

Haec Regulas luce sua fulgentes, & exceptione omni majores, in S. literarum, quæ mentem Dei unice nobis exhibent, interpretatione præviis piis precibus, religiosè observandas esse, haud temerè quis ambigat: sed easdem innumeris in locis posthabitas, imò violatas à viro Magno fuisse, quæri oportet. Frequentissimè enim sensum perquam luculentum, & ex ipsa litera fluentem relinquit, novam & inauditam interpretationem, quæ nemini in mentem venire potuit, excogitat. Nec verò tam è Scripturarum analogarum mutuam collatione, aut librorum Prophetarum in Scriptis Apostolicis authenticam expositionem sensum petit, quam è locis prorsus alienis, aut scriptoribus

3

exo.

exoticis & prophanis, In eò autem totus est, ut præceptas opiniones S. literis inferat, & ubi, ubi lubet, *ἰδία φιλύσει*, vel *privatam interpretationem* invehat, suæ inserviens *ἑωθέσθ*. Deniq; quum Scripturæ scopus præcipuus sit CHRISTUS JESUS, GOEL, & SALVATOR noster, Eundem in *Veteri Testamento* insuper habuit, si non eliminavit penitus, in *Novo* verò *Testamento* non prout sece ceu REDEMTOREM manifestavit, in cuius obedientiâ cum activâ, tum passivâ justitia & redemptio nostra, adeoq; salus æterna unicè sita est, sed tanquam PRÆCONEM solum vitæ æternæ, & LEGISLATOREM novum exhibuit.

Quo pacto in primis aurea illa S. Apostoli ad ROMANOS Epistola tota pessimè depravata, & à sensu Apostolico ad *Pontificias & Socinianas* corruptelas detorta est. Syllabum ejusmodi depravationum ante hosce XXV. annos Patronis Gedanensibus in *prefatione* THEOLOGIÆ APOSTOLICÆ ROMANÆ, per vindicias XXCI. oraculorum adsertæ, adumbravi. Jam quum ordo interpretationis, & vindiciarum librorum *Novi Testamenti*, post expedita, divino munere, *Veteris Testamenti* scripta, me ad divinum illud SS. THEOLOGIÆ, ab Apostolorum Coryphæo primariæ Ecclesiæ creditum, COMPENDIUM deduxerit, operam non
pro-

proletariam impendendam censui, ut non tantum
offucias Grotianas, & aliorum sectariorum absterge-
rem; sed ut cum maximè verum sensum, juxta leges
herminevticas, eruerem, & genuino scopo adserto,
in Solis veluti disco exponerem. Quid in eo præsti-
tum sit, Vestro, VIRI SUMMI, accurato judicio, &
Tuæ imprimis, THEOLOGORUM moderni Tem-
poris Princeps, & interpretum Scripturæ antesignane,
censuræ dexterrimæ committo. Vobis autem quan-
tùm debeam, PATRONI MAGNI, & quanti merita
vestra in Rempublicam & Ecclesiam universam emi-
nentissima, æstimem, testari hoc publico monumen-
to volui; DEum precans, & precaturus, *dum Spiritus*
hos reget artus, seruet hoc geminum Sydus, auspiciat-
simo omine, REIPUBLICÆ & ECCLESIAE undiqvæ;
turbatæ, quàm diutissimè, benedicat Sanctioribus ve-
stris Consiliis, & innumera adhuc pro salute Boni pu-
blici passim vacillante, aut fugiente, stabiliendâ ac re-
ducendâ per VOS, ceu *Electa Dei organa*, præstet emo-
lumenta!

Wittebergæ 20. Junii ANNO CHRISTI 1673. quo
trigesimum sextum Doctoratus annum, divino mu-
nere, compleo.

NOMI-

NOMINA RESPONDENTIUM,

QUI PUBLICAS DE HIS COMMENTATIONIBUS DISPUTATIONES SUSCEPERUNT.

- I. JOHANNES ACOLUTHUS, Ecclesiæ Vratislaviensis ad S. Elisabetham Pastor, Consistorii Adsesor, & in Gymnasio S. S. Theol. Profesor, Evangelicarum Ecclesiarum & Scholarum ibidem Inspector, pro gradu Doctoratus ad C. I. II. III, v. 21.
- II. MARTINUS LITHENIUS, Westro-Gothia Svevus, designatus in Patriâ Pastor, ad c. III, v. 22. & c. IV, usq; v. 13.
- III. M. JOHANN JANUS, Blattena-Bohemus ad c. IV. 14. seqq.
- IV. M. CHRISTOPHORUS WAGNERVS, Vlmensis, ad cap. V.
- V. M. JOHANNES PAVLVS Derold / Francus ad cap. VI.
- VI. M. CHRISTIANVS FRIMEL, Vratislaviensis ad cap. VII.
- VII. M. JOHANNES CHRISTOPHORVS FVGMANNVS, Belt. Saxo, Facult. Philos. Adjunctus ad cap. IIX.
- IIIX. JOHANNES SAROSSY, Hungarus ad cap. IX.
- IX. M. JOHANNES JACOBVS Feslen / Vlmensis Facult. Philos. Adjunctus ad cap. X.
- X. NICOLAUS PVSOCZY, Myrayszom Bathino-Hungarus ad cap. XI.
- XI. M. GEORGIVS SERTMANNVS Voigt / Chemnicensis Misn. ad c. XII.
- XII. M. CHRISTIANVS Brockmaier / Torgensis Misn. Eccles. Belgran. Pastor designatus ad c. XIII.
- XIII. M. JOHANNES CLODIVS, Neostad. Misnicus Facult. Philosoph. Adjunct. ad cap. XIV.
- XIV. M. ADAMVS VHLE, Plavia-Variscus Pastor in Arnsnest designatus ad c. XV.
- XV. M. VRBANVS ROTHE, Juterb. Saxo Pastor in Bergwitz designat. ad cap. XVI. & ult.

03(0)30

V 877

